Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25999
Copyright: Admont, Benediktinerstift





cuncisionem per fidem iustificat. Longitudo centum cubitorum plena & perfecta est remuneratio futurorum. greco non minus quam iudeo reposita uirtute eundem apl'm. bla inquit enim & honor & pax omni operanti bonum. iudeo primum & greco. Vbi erat inquit porticus uncta porticu triplici. Porticus triplici id est laquearia terna habentes. Nam & postmodum subdit. Tristega enim erat. & non habebat columnas. sic erat columnis atrium. Assertio est fidei gentium. & admiratio facultatis eorum. quia ueloces fuerunt adcredendum. Porticus erat uncta porticu triplici. et enim tristega erat. & tamen columnas non habebat sicut erant columnis atrium. id est audit uel sensus eorum ecto ad mirtus est aplice fidi. confessionem uelocem suscepit sed & unduitque trinitatis. & tamen patriarchas aut prphas non habuerunt. quae fuerunt columnae iudeorum. xxx.

Cum quo complesset mensuras domus interioris. eduxit me per uiam portae quae respiciebat aduiam orientalem. & mensus est eam undique pericuitum. Mensus autem est contra uentum orientalem in calamo mensurae quingentos calamos. in calamo mensurae pericuitum. & mensus est contra uentum aquilonem quingentos calamos in calamo mensurae per gyrum. Et aduentum australem mensus quingentos calamos. in calamo mensurae pericuitum. Et aduentum occidentalem mensus est quingentos calamos. in calamo mensurae. Et quatuor uentos mensus est illud. Quia ppham unum, pphae ductorem mirabilem uirum & sapientem architectum quantum potuimus in hac uisione secuti & illud quod per ipsum omnia facta sunt. & illud quod per ipsum omnia instaurata sunt. benuola fide confessi sumus. quod adnuente opus maxime prunebat propositum. de uncepsi plura omittentes, propter compendium. illa tantum de hac ipsa uisione sumemus quae potiora sunt. Primo dicendum uirtute litteralem descriptionem. quia murus hic simul duo milia calamos habebat. Si autem calamus ser cubitorum erat & palmum. qui sexta pars cubiti est. prspicuum est murum exteriorem pericuitum habuisse calamos duo milia. qui faciunt cubitos duodecim milia trecentos. triginta & tres. & trientem de duobus milibus.

Prudens lector & diligens legat libum ihesu filii naue. & inuenet quomodo in suburbanus haec mensura seruet. Cetum ut ad mysticum reuertamur sensum. quid per dimissiones templi. atrium siue edificium. tanta significat multiplicitas calamorum. in illam quae post incarnationem xpi. & quae per ipsum facta est redemptionem generis humani. per quatuor partes mundi diffusa est scientiam scripturarum. Et enim pus tantum in iudea notus erat ds. & illic sacra scriptura quae per calamum intelligitur in angusto detinebatur. nunc autem ex quo xpc in celum ascendit ecclia est in orientem. septentrionem.